

**D**ogmata privatim Me Preside pura tueris,  
Verborum & solvis mente sagace plicas.  
Ingenii vires nunc publica scripta probabunt,  
Applaudit Docto Leucoris Alma Viro.

GEORG. FRIED. SCHROEER, D.

---

**Q**uid rari ingenii vires, studiumque laboris  
Quid valeant, studio, prodis, Amice, Tuo.  
Gratulor hos ausus, & toto pectore Numen  
Obtestor, cœptis annuat usque Tuis.

*Nobilissimo DN. SCHROEDERO Domestico  
exoptatissimo de Poenitentia Infantum publice,  
cum Eruditorum plausu, commentanti, paucis  
bis applaudebat*

JO. CHRISTOPH. WICHMANNSHAVSEN,  
LL. OO. Prof. Publ. & Fac. Phil. Sen.

---

**P**œnitent Infantes: non Infantile Problema  
Discutis & fandi Doctus adulta sapis.  
Sic Te curriculi nec pœnituisse Paterni,  
Nec Patriam monstras pœnituisse Tui.

Amicissimo Domino Collegæ IOHANNI SCHROEDERO  
non pœnitendum peregrinationis fructum gratulatur

PETRVS CLOD,  
Rector Scholæ Helsingoranæ

---

**A**ccipe, mi SCHROEDER, votum, quod postulat actus,  
Quo TIBI LVTHERI DIVA CATHEDRA patet.  
Vt TIBI pro meritis pateat sacrata CATHEDRA  
Optat, qui TVVS est, ex animoque cupit.

*Ita captis Nobilissimi DN. CANDIDATI, Popularis sui  
perquam dilecti, festinante calamo applaudebat*

C. B.  
Hafnia Danus.

Ingeni-